

## 10 [P]aulla Cornelia Cn. f. Hispalli.

Romae rep. ibi ubi N. 4 seq., sarcophagus (I 39. VI 1294; Ritschl tab. XXXVII c).  
— Videtur esse aetatis aliquanto recentioris quam qui praecedunt.

11 Hercolei | sacrom | M. Minuci. C. f. | dictator vov||it<sup>1</sup>. (In latere)  
L. I. XXVI<sup>2</sup>.

Prope Romam rep. ad viam Tiburtinam, basis ex lapide Albano (I 1305. VI 284; Ritschl suppl. I). Ad M. Minucium Q. Fabii dictatoris a. 536 magistrum equitum, deinde collegam rettulit Mommsenus. — 1) Litterae it porrectae in latus basis. — 2) His notis fortasse significatur locus arae adsignatus.

## 12 M. Claudius M. f. | consol | Hinnad cepit.

Romae rep. in Esquilino ad S. Petri in vinculis, basis lapidis Albani (I 530. VI 1281 descripsit Fulvius Ursinus). — Sustinuit signum a M. Marcello ex Henna urbe a. 543 ablatum.

## 13 Martei | M. Claudius M. f. | consol dedit.

Romae rep. ad portam Capenam (I 534. VI 474; Ritschl tab. La).

14 [L. Quinctius L. f. Le]ucado<sup>1</sup> cepit, | [eidem conso]l dedit.

Praeneste, frustulum lapidis Tiburtini (XIV 2935). — 1) Supplevit Stevenson; Leucado dictum pro Leucade; cepit Leucadem L. Quinctius Flaminius, T. Flamini fratris legatus, a. 537 (Liv. 33, 47); idem consul fuit a. 562.

15 L. Aemilius L. f. inpeirator decrevit, | utei quei Hastensium serve | in turri Lascutana habitarent, | leiberei essent; agrum oppidumqu., | quod ea tempestate posedisent, | item possidere habereque | iousit, dum poplus senatusque | Romanus vellet. Act. in castreis | a. d. XII k. Febr.

Tabula aenea rep. in Hispania a Gadibus orientem versus prope vicum Alcalá de los Gazules, ubi videtur fuisse Lascuta memorata a Plinio 5, 4, 15, nunc Parisiis (II 3044). — L. Aemilius L. f. imperator Paullus est, qui altero consulatu (a. 586) Persen devicit; is praetor a. 565 Hispaniae ulteriori praefuit usque ad aetatem a. 565 (Liv. 33, 24, 6. 36, 2, 6. 37, 2, 44. c. 46, 7). Eggit de hoc decreto Mo. Herm. 5, 263 seq., Staatsr. III p. XVII not.

16 M. Folvius M. f. | Ser. n. Nobilior | cos.<sup>1</sup> Ambracia | cepit.

Romae rep. ibi fere ubi fuit aedes Herculis Musarum, basis lapidis Albani (VI 1307). — 1) Consul a. 565 Ambraciam cepit, triumphavit de Aetolis a. 567. — Titulus pertinuit ad unum ex signis a Fulvio Ambracia Romam translatis, et dedicatis in aede Herculis Musarum (Plin. h. n. 35, 36, 66; Cic. pro Arch. 44, 27; Eumenius pro rest. scholis 7).

## 17 M. Fulvius M. f. | Ser. n. cos. | Aetolia cepit.

Tusculi, basis lapidis Albani (I 534. XIV 2601; Ritschl tab. XLVIII e. LXIX e). Stetit sub signo a Fulvio dedicato Tusculi, unde oriunda erat gens Fulvia. Ceterum basis videtur esse inscripta non Fulvii temporibus, sed multo postea.